

W
gndauer prifte

O pietate eternam. Specie
Hoc in hunc die festi
Agas Oratio. Salutationis
Non habentes tunc
In Miserere benedicione
AD
In Hoc

ACTUM ORATORIO-VA- LEDICTORIUM,

Die 9. Maij 1710.

Hora 8. antemer.

In Acroaterio Torgensi
habendum

NOBILISSIMOS, EXCELLENTISSIMOS, AMPLISSI-
MOS ATQUE HONORATISSIMOS

DN.

DN. SCHOLÆ EPHOROS, CÆTE-
ROSQVE MUSARUM FAUTORES
ATQUE AMICOS

Officissime & ea, qva par est
Humanitate invitat

M. GODFRID STEINBRECHER,
RECTOR.



TORGÆ,

Literis HEMPIANIS:

Motetum. Motetum. Motetum.
En pomeriis pomeriis in pomeriis pomeriis
Per pomeriis pomeriis coribis pomeriis
Ae non Misticus, hot Misticus tunc
Per Misticus pomeriis, per pomeriis
Tecis, tecis, tecis, tecis
Hic Anniversarii misteri
A sic Misticis, Canticorum obituaria, sic
Hoc canticum tam misteri, tam obituaria, tam obituaria
Si alle tecis misteri pomeri, pomeri
Pallam dogmatis, n' dogmatis n' stolas
Non aere Misticus tunc

Orbis terrarum Spectacula
Haut ita pridem repräsentavit
Actus Oratorio-Valedictorius
Non stupenda minus, quam admiranda:
En Muros Babylonicos!
En Hortos Penitentes!
En Arcem Babyloniam!
Babylonicum en Pontem!
En Jovis Olympii Simulacrum!
En Pyramides Ægyptiacas!
En Colossum Solis Rhodium!
En Mausoleum Ægyptiacum!
En Templum Salomoneum!
En! horum a triginta Oratoribus
In Auditorio Torgensi
Repräsentata Præstantia:
En! ipsorum stupenda Pretiositas
Nemini non admirationi erat, stupori erat.
Nec tamen temere ad numerum referenda
Miraculorum.
Miranda erant, erant stupenda;
Nec tamen ab omnipotente Deo profecta,
Spectacula hinc magis, quam Miracula.
Quamobrem?
In veris Miraculis invertitur Ordo naturæ,
Natura sed Auctor solus, Deus id efficit,
Vel immediate miraculosa sua Potentia:
Vel mediate per sua instrumenta,
Prophetas inspiratos & Apostolos,
En Miraculum Dei!
Omnia, quæ sunt, ex nihilo facta,
En Cœlum, en Solem ex rudi ethao factum!
En Prophetæ baculum aridum,
Mox virentem & amygdala ferentem!
Forte & Magorum Ægyptiacorum Miracula?
En horum baculos in serpentum copiam mutatos!
En ranas ingenti copia productas!
At non Miracula, sed Mirabilia fuere,
Per magiam naturalem, per præfigias, per fraudes
Facta, ficta, vana, falla.
Hinc Antichristi miracula
Vere Mendacia, Cacodæmone operante, facta.
Hoc est: non tam miracula, quam doctrina spectanda.
Vel clarius:
Si velis per miracula probare, firmare
Fallam doctrinam, si Idololatriam, si errores;
Non vere Miracula sunt,

Sed



Seu Fraudes, sed Præstigia, sed Mendacia,
Qvorum spectant
Pontificiorum, qvæ passim jactant, miracula.
Qvænam?

En primum vide MIRACULUM VINARIUM.
Namqve cum annona deficeret familiæ
Conventus Montis calerii,
Adfisses, si adfuisse, si credidisses,
Vocem pulsantis,
Vidisses, ante januam cōbēni pane calenti plenum.
Quid porro?

En janitor ad secundum pulsum evocatus,
Reperit cadum vino plenum,
Et, qvōd mirum, (si mirum:)
Nulla vestigia vel hominis, vel dæmonis
In Nive tunc copiosa, reperta.
En porro MIRACULUM LEPORINUM!
Nam cum Fr. Alexius Agricentinus
In Provincia Panormitana, cui præterat,
Ad Fratres præter spem iuos accederet,
Non habentes, unde recrarent provincialen suum.
En, qvōd mirum!

Felis domesticus ad pedes Guardiani
In publico Refectorio de sua venatione
Defert Loporem,
Eximum & corporis & animi solatum. **

Quid! Porro vide
MIRACULUM GALLINACEUM.
En! Frater in Rhegini Conventu
Præter intentionem, itū lapidis occiderat
Pullum gallinaceum.

Exhorruit homo & culpam veritus,
Veritus à Guardiano peccati, incerebat.
En! accurrit Antoninus Rhiginus vir sanctus,
Qui præhenso mortuo pullo, cur mares, inquit?
Vivit pullus: & diducta ultraqve parte rostri,
Hianti gutturi inflavit;
Deus vero novam supplevit animam,
Unde inox revixit. ***

Quid qvōd?
En MIRACULUM ASININUM
in duplo!
Mulus quadrata feneffra paulo corpulentior
In foveam prolapsus misere perierat.

At cum accommodatus esset Sanctis Fratribus;
Illico invocatus aderat

* vid. Valeriani Magni Fr. Ordin. Mih. Seraphici P.S. Francisci Judicium de Catholicon regula credendi pag. 111. 176. ** Ibid. p. 255. *** Sunt ipsa verba dicti Valeriani l. c. pag. 300.

Sanctus Frater Raynerus à Burgo S. sepulchri,
Alto qui præcipio quassarum & mortuum mulum
In vitam revocavit , eum his compellans:
Euge purum ac innocens animal!

Quid hic jaces?

Surge & perge ad solita onéra;
En surrexit ! si credere fas est. * id. p. 299.

Audias tamē ALTERUM ASININUM,

En! Asinus cuidam infirmo vehendo accommodatus,
In via periit casu repentinio.

Quid tum? Posseſſor Carolus Niger ait:

Ego Asinum Deo & B. Francifco dedi;

Is in eorum obsequio interiit,

Illum ipsum repero.

Vix illē verba hæc piâ impudentia erupit;

En! Asinus redux ab interitu,

Vivis recurrit ad præſepe dōmesticum. †† ibid. p. 300.

En novum MIRACULUM BOVINUM!

S. Josephus à Leonisa, deprehendens duas boves,

Ad Aēdem B. Virginis milium trituras,

Iram de cælo vix comminatus,

Proſtravit unam ex bobus , illico occidentem.

At precibus lacrymisqve Fratciscæſarigatus,

Accurrentes orare monet.

En! Cunctis in genua procumbentibus,

Ipſe confignat S. cruce , qvam gestabat,

Morticinum boven,

His iuſſus flate , ſeſe erexit vivus in pedes,

Et integro decennio ſupervixit, †† ibid.

At Miracula hæc vana falſa fictaque omnia,

Lacrymis magis deploranda,

Qvam demiranda , qvam rimanda:

Quippe qvibus Ecclesiæ Romanae veritas fundata eſſe

Credulis creditur Papicolis.

Valeant , valeant hac Commenta ridiculosa.

Habemus nos Evangelicæ Religioni addicti

Miracula vera , in ſacris fundata literis.

Miraculum nuper eft Mortis ſtatua adumbratum.

MIRACULUM NUNC TRIPLEX:

I. MIRACULOSÆ CHRISTI E SEPULCRO RESURRECTIONIS;

II. MIRACULOSI CHRISTI AD INFEROS DESCENSUS,

III. MIRACULOSÆ CHRISTI AD SUPEROS ASCENSIONIS

Actu Valedictorio repræſentabitur

A ſequentibus Academiz Candidatis:

MARTINO ISAACO PEZOLDO , Gryphiswald. Pomeran.

GEORGIO BRUCKMEIERO , Torgavienſi.

JOHANNE CHRISTIANO FAUSTIO , Torgavienſi.

Plurimum honorandi Patroni,

Fautores atqve Amici affimandi plurim um,

Qvam nobis in aufcultando exhibuitis

Hæcnenus Benevolentiam,

Eandem memori adhuc gratoque animo ſovemus,

Officioſiſime precati,

Ut & hui Actu Valedictorio

Vel per horulæ ſpatium intereffe ne dedignemini,

Certo perfaſi,

Qvidquid in nos hac ex re redundant Favoris,

Id , qvavis data occaſione,

Nos eſſe promiſſime compenſatores;

2010 2010

78 M 437



TA DOL

kein Rest.

nur 51. Stck verknüpft bisher



102 A7

ECTUM ORATORIO-VA- LEDICTORIUM,

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

